

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 12. Quomodo se gerere debet Confessarius qui per inadvertentiam aut  
ignorantiam, absolvit Pœnitentem à casu reservato, non obtenta facultate  
à Superioribus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

*De Sacram. Pœnit. Cap. VIII. 145*

approbatione Episcopi , cùm in hoc casu titu-  
lus Beneficii , illi non tribuat Jurisdictionem ,  
quam debet consequenter ab Episcopo obti-  
nere.

Quare S. Carolus ait : *Quòd in nostris Sa-* S. Carol. A. &  
*ceramenti Pœnitentia instructionum additioni-* p. 2. in 11.  
*bus cautum est , ut tempore Paschali Parochi* Synodo,  
*aliorum Parochorum Ministerio ad Confessio-*  
*nes Parochialium suorum audiendas uti pos-*  
*fint , id de Parochis tantummodo intelligi de-*  
*claramus , quibus extra Parochia propria fines*  
*ad audiendas Confessiones probatis , scripta*  
*facultas data est.*

Et sanè grave oriretur incommodum , si Sa-  
cerdotes Parochi in aliqua parva Parochia , quæ  
tantas non exigit notitias , jus haberent , abs-  
que Episcopi approbatione , audiendi Confes-  
siones in Parochia multò ampliori , quæ ma-  
iores notitias postulat ad hoc munus ritè  
obeundum.

*Ques.* 12. *Quomodo se gerere debet Con-*  
*fessarius qui per inadvertentiam aut ignoran-*  
*tiam , absolvit Pœnitentem à casu reservato ,*  
*non obtenta facultate à Superioribus ?*

Resp. Egregiè respondet S. Antoninus , dum  
ait : *Nota , quòd quicumque absolvit aliquem* S. Anton. s.  
*ab aliquo peccato in casu in quo non potest ,* p. tit. 47.  
*sive quia reservatus est Episcopo ; sive quia* cap. 2.  
*nullam habet potestatem aut autoritatem ;*  
*quamvis graviter peccet , præcipue quando ab-*  
*solvit scienter , vel etiam ex ignorantia juris*  
*crassa , non tamen censuram aliquam seu ex-*  
*communicationem ex hoc incurrit , sive sit*  
*Clericus secularis sive Religiosus dictus ab-*  
*solvens . Sed tenetur illum quem sic absolvit ,*  
*advisare de errore suo , si cognoscit , vel po-*  
*test invenire . Ille tamen quoad Dèum excusa-*  
*tur , dum hoc ignorat .*

Tenus IV.

G

